

A nem uirgipis, id est, piciferi nomine ab ancillis compellatum: quemadmodum & uirgipis, quod picas & vannis capite bajularet. Nam his in mysteriis Bacchanalibus utebantur, quod ea uis facta sit Baccho: & vannis in omnibus mysteriis adhibebatur. Unde Maro.

— & mystica vannis Iachi. *Erasmus in Adas.*

Phalli. *Hi in sacris Bacchi portabantur. Faces, Lichni.*

Cum Ceres Proserpinam quaerens uniuersum terrarum orbem perlustrasset, facibus ex Aena Siciliae monte accensis, ad illius imitationem Siculae mulieres vel uiri, per noctem cum accensis facibus vociferantes, Proserpinamque vocantes discurrebant: quarè Tædiferos antistes appellavit. *Strabo lib. 10.*

FINIS RESPECTU. SACRA OBITA

CAUSA. Mali amovendi. Sacra Expiatoria, Lustralia.

B *Sacra Expiationis causae fieri solitas à Rom. supplicationes, Solitariae, Ambrosialia, Lustrationes varias.* Alex. lib. 7. cap. 30. exequitur.

Vereres canem nec purum planè cenabant esse: siquidem nulli ex diis superis sacras erat. At Hecate inferæ in cenam mittitur ad triviam, & piaculorum vice fungitur lustralium. Canem omnes ferè Græci adhibebant olim victimam in expiationibus: atque Hecate canes cum piamentis aliis offerebant, canisque eos, quis expiatione haberent opus, pellibus abstergebant: quod genus lustrationis vocant *Canis expiationis*. Hinc non absurdè Flaminii Diali, cuius partes sunt summo & purissimo Deo seruire, familiarem & domesticum facere canem est prohibitum. *Plur. in quæst. Rom.*

Boni consequendi, puta causa

Auxiliis ab hominibus.

Apud Scythas si quis forte læsus esset, neque suppeteret ulciscendi facultas, immolato bove, carnes minutatim sectas coquebat, ipse in tergoe humi sitato sedebat manibus in eam illos reducis. Idque maximum supplicandi genus apud illos habebatur. Accedebat quicunque vellet optulari, & carnium portione gustata, dextroque pede tergori imposito, pollicebatur pro viribus auxilio futurum. Atque hoc sædus apud Scythas sanctissimum habebatur. *Lucianus.*

Salutis, sanitatis.

GN. POMPEIUS accipitur morbo Neapoli confictatus conualluit. Neapolitani, auctore Praxagora, pro incolumitate ejus sacrificare. Quos secutis vicinis, eaque re totam pervagante Italiam, civitates tam parvæ quam magna ferias per multos dies egeret. *Plur. in Pompejo.*

SACRIFICIA SINGILLATIM

secundum ACCIDENTIA sua observata.

Quoad

LOCA. UT SUNT

Templa.

P. SCIPIO, qui primus tulit Africanum cognomen, noctu Capitolium solus ascendebat, adoraturus deos: ut verò quidam autumant, Jovem consulatur. In quo sibi illa reputatio admiratione digna, nunquam eum, tamen antecæanus locum adiret, à canibus arcis custodibus allatum. *Sabellicus lib. 2. cap. 4.*

Ara. Vel

Nulla.

Græcos nonnunquam sine ara, in nudo solo & pavimento, sacra peregrisse comperit. *Alex. l. 4. c. 17.* Eumam super Eulchatam victimam fecisse, legimus apud *Homerum lib. 13. Odyss.*

Extrivæ.

Hercules Thebanus Didymis in urbe Milefiorum aram extruxit luto, subdacto victimarum sanguine. *Pausan. lib. 5.* Climenus Olympiæ aram extruxit, è cinere collecto ex aduētis victimarum femotibus. *Idem.*

Delphis in Phæbi delubro extitit olim cornæ ara, inter septem mundi miracula decantata: quæ circa compagem illam Ealam & vinculum, dextris folis commissa & constricta erat cornibus. *Plur. in Compar. anim.*

Atabes arulam super terram constituunt, illaque Soli immolare & thus adolere solent. *Alex. l. 4. c. 17.*

Romulum urbis conditorem, post urbem factatam, sacra Græco Herculi, ara illi erecta, quæ Maxima dicta est, instituit: quæ ara tamen Romulum etiam religiosissimam fuisse traditur: eamque ipsam Herculem Jovi inventori, si amissas boves reperisset, dedicasse fama vulgavit. *Idem.*

Romana plebs cum in montem secessisset à partibus, indeque Menenii Agrippæ prudentia reconciliati essent, aras ubi castra fuerant Jovi mentem Solventi erecta, ibique sacra peracta sunt: quæ res loco postea nomen dedit, ut mons Sacer diceretur. *Sab. lib. 8. Etm. 2.*

Exornate.

Veteres aras suorum numinum fronde ornare solebant. Jovinem sculo, Apollini lauro, Minervæ olea, Veneri myrto, Herculi populo, Baccho hedera, Panipino, Diti cupressi sacra faciebant. *Alex. lib. 4. c. 17.*

TEMPUS

Magi & Persæ manè sacrificia & preces abolverunt, matutinum tempus sacrificiis idoneum existimantes, cum deo tunc assidere templis, & matutinis salutationibus adesse opinerent. *Alex. l. 4. c. 17.*

Indi & Gymnosophistæ in meridie, & ubi multum diei processit, immolare diis consueverunt. *Idem.*

Appollonii Tyanaei opinio fuit, summo diluculo cum diis veritari: procedente mox die, de diis loqui oportere. *Idem.*

Ab Atheniensibus servatum est, ut menis Octobri, magnorum mysteriorum 14. Cal. Novemb. solemnibus agatur dies, & Liber pater in Eleusinum ex urbe transfretatur. Novembri verò parva, Junio autem rursus magna crebrentur mysteria, quæ Cereri facta erant, parva Proserpine: in quibus maxime cognitum est, ut quam quis induisset vestem initiatus, eam ne amplius exueret, donec lætera & petrita foret. In aliis mysteriis traditur mos, ut vestem, in qua quispiam initiabatur, templis & numinibus indicaret. Ea quidem mysteria cum alieno tempore intueri nec esset, Demetrius rex, ut illorum participes fieret non suo tempore, Januarii & Junium menses Novembrem appellavit. *Alex. lib. 3. c. 18.*

Gellius *Annalium lib. 15.* & Cassius *Hemina Hist. lib. 2.* referunt, anno ab V. C. 363. à Tribunis militum Virgilio Manlio, Cælio Posthumo, collegiis eorum, in senatu tractatum, Quid esset, propter quod totius in paucos annos male esset assista reus. Et ex præcepto patrum L. Aquivium aruspem in senatum venire jussim, religionum requirendarum gratia dixisse, Q. Sulpitium Tribunum militum ad Alliam adversus Gallos pugnaturum, rem facram dimicandi gratia fecisse prostridie Idus Quintilis: item apud Cremeram, multique aliis temporibus & locis, post sacrificium die postero celebratum male cessisse confictum. Rex delata fuit ad collegium Pontificum. Hi statuerunt, postidie omnes Calendas, Nonas, Idus, atros dies habendos: ut hi dies neque præliare, neque puri, neque comitiales essent. *Macrobius lib. 1. Saturnalium, c. 16.*

PRETIUM, SUMPTUM.

SACRILEGIA

Sumptuosa.

Consule locum Magnificentiæ, & Prodigalitatis. *H. Villa.*

Lycurgus tenuissima quæque & nullo paratu apud Lacedæmonios sacrificia fieri voluit, ex herbis videlicet, & his quæ semper in promptu essent, rebus, ne quando difficultate parandi sacrificia omitteretur, vel pauperes quæque multis sumptibus gravarentur. *Alexander ab Alexandro lib. 2. cap. 22.*

LUDI, RELIGIOSI.

Consule lib. 10. hujus operis in Loco de LUDIS, omnia ad hoc argumentum facientia.

ETHNICORUM RELIGIO CONSIDERATA

RESPECTU FORMÆ

Secundariæ.

Quoad

SEIPSUM. CUIUSMODI EST

CONSULTATIO. ORACULORUM

inquinatio.

Ex Titulis oraculorum, sub loco Divinationis. *Bello*

QUALES FUERINT.

Vbi de eorum vocatione, conversatione, morte.

Quamvis Evangelistarum scripta, uti S. Spiritu revelante inspirata & dictata, non requirant commendationem, quæ à Scriptorum persona desumatur; tamen quia in hoc argumentum incidimus, ut de Evangelistis aliquid etiam dicamus, pauca de eorum laudibus & qualitate, ac præstantia subiiciemus.

S. MATTHEUS.

MATTHEUM duo habuisse nomina, observavit Orig. *in epist. ad Rom.* nempe Matthæi, & Levi; & constat *Mar. 3. Luc. 6.* ubi dicitur Matthæus; & *Luc. 5.* vocatur Levi; & *Mar. 2.* Levi Alphai. Matthæus verò, si nominis cymon attendimus, hebraicè interpretatur Donatum, secundum Iudæorum & Occidentum; Mandatum Atitissimi secundum Anathasium Antiochenum.

Fuisse progenitum ex tribu Levi, ideòque secundum nomen sumptisse, *Per. de Natal. Catal. 3. an. c. 100.* opinatur.

Priniquam à Christo vocaretur, publici telonarii exercebat munus; unde Publicanus appellatur. *Matth. 9. Marc. 2. Luc. 5.* Eumque magno fuisse ingenio, & rerum uti prædium ab hujus muneris exercitio, Metaphrasas contendit.

CHRISTUS autem occultorum scrutator & cognitor, prævidens, quantus is, & qualis futurus esset in dispositione mysteriorum suorum, cum gratis vocat, nec impellit, sed sedentem ad telonium compellat, ut se sequeretur. *Matt. 9. Marc. 2. Luc. 5.* Qui omnibus abdicatis, ad unam Domini vocem surrexit, & vocatis ad convivium multis publicanis illis, in disciplinam Christi se dedit, mundoque & cupiditatibus ejus renuntiavit. Itaque Apostolus honorem consecutus, duodenarium numerum auxit. *Mar. 3. Luc. 6.* testificum dictionum, actorum, & miraculorum Christi extitit, & usque ad finem cum eo permansit.

Post Apostolorum divisionem toto orbe factam, & prædicatum Hebræis Evangelium, in Æthiopiæ concessit; ita Abdias, & Socrates: alii Macedoniam & Judæam illi tributa, postquam prius fidelibus Hebræis Evangelium conscripserat, & Palestina regione pervagatus esset.

Quanta vite abilitate, laboribus, ætatis, Evangelii prædicatione apud Æthiopes, alioque finitimos populos promovit & fecerit, videat lector apud *Clement. Alexand. lib. 2. pedag. Abdiam l. 3. hist. & alios.*

E quibus constat, eum oculis effosis carceri traditum Myrmidone, cui oppido fidem intulerat, & idola fugaverat; & à S. Andrea, eò divinitus missio, utraque calamitate liberatum, strenuè opus, ad quod missus fuerat, perfecisse. Fuit in Æthiopia annis 23. miraculis clarus. Inter quæ non minimum, quod idololatriam omnem extinxerit, filium Euphenisæ Æthiopiæ Reginæ è mortuis excitaverit, varios languores curaverit, Ægyptum Regem converterit, ejusque filia Iphigeniæ virginitatem Deo vovere impulerit.

Ceterum occupante per vim regnum Æthiopiæ Hyrtaco, & Iphigeniam Ægypti filiam conjugem postulantem, cum Matthæus eam hortaretur, ut in sancto proposito permaneret, missi ab Hyrtaco, qui sacris operantem trucidarent, circa annum post Christi ascensionem LX. secundum plerisque. *Genebrard.* usque ad Vitellii Imp. tempora vixisse scribit, sed usque ad ann. 71. *Niceph. lib. 2. hist. cap. 41.* de Matthæi vita & gestis mira refert. Ejus corpus translatum ex Æthiopia, & apud Salernum digna veneratione colitur; ubi Ecclesia illius nomine extructa, & dedicata tempore Gregorii VIII. Pontif. cujus ea de re extitit epistola.

S. MARCUS.

Marcus interpretatur, Sublimis mandato, inquit *Hieron. in sine Commentar. in Epist. ad Philem. & Id. l. 7. Eymol. c. 9.*

Fuisse autem Marcum illum, quem Marce cujusdam, Barnabæ matertera, filium alibi reperimus, nomine Joannem, cum Paulo & Barnabæ aliquando conjungitur *Act. 12.* docete videtur *Niceph. l. 2. c. 15.* *Alex. monachus in vita S. Barnabæ apud Surium,* & voluit id constare ex *Actis Apostolorum c. 12. & 13.* & potissimum 25. ubi dicit Lucas, cognominatum eum Marcum, additque, quòd orta propter eum diffensione, Barnabæ relicto Paulo, Marcum assumpserit, & secum in Cyprum abduxerit. Unde evidens fit, eum Barnabæ consobrinum fuisse.

Ceterum non hunc Marcum inter Evangelistas ponendum, graves auctores convincunt: sed alium fuisse Marcum, qui cum Petro Romæ, & dein Alexandria, ac in Ægypto Evangelium prædicavit, etiam tunc cum Paulo & Barnabæ propter priorè Marci dislocarentur. Unde & Veteres, inter quos Dorotheus, Hippolytus, Hieronymus, duos Marcos distinguunt, eum qui Joannes vocabatur, & alium qui scripsit Evangelium, qui

A Bello Medico vate Echecrate promissit victoriam & palmam belli Græcis Apollo, qui Tegyris colitur. Peloponnesiaco, exactis insula sua Delis, sortes Delphis autumant allatas, quæ præcipiebant, ut locum, ubi fuit natus Apollo, eruerent, ac certa sacra ibi facerent. Mirantibus ac hæsitantibus, an non apud ipsos, Cornicem ipsius locum indicatam? addidisse Pythiam, Cornicem ipsius locum indicatam. Igitur concessisse eos illine Charoneam, atque cauponam audisse, quæ cum certis hospitibus Tegyrum pergentibus, de ista dictione loqueretur. Quam cum hospites in digressu salutarent, appellarentque, ut ei erat nomen, Cornicem: percipisse vaticiniam, factaque apud Tegyras te divina, brevi post patriæ redditos fuisse. *Plur. de de-fectu Oraculorum.*

Heliopolitanum Jovem Trajanus, hottantibus amicis, bello Parthico consuluit. *Macrobius l. 1. Saturn. c. 23.*

Adrianum Imp. serunt in Daphne, suburbio Antiochiæ, cum folium Daphnes fons immerisset, haussisse futurorum sententiam, in folio literis expressant. Ubi verò Imperium nactus esset, fontem hunc obturasse, ne aliis ex eo, quæ futura essent, præcise liceret. *Sozomenus lib. 5. cap. 19.*

CONFESSIO

Laconem Initias quidam percontabatur, cujusdam facti maxime nefarii esset sibi confitens? ille, Hoc sciunt, inquit, dii. Qui cum insisteret vehementius, ac diceret: Est omnino hoc tibi declarandum, rogavit eum vicissim Lacon: Cui est hoc; tibi, an Deo dicendum? illo respondente, Deo: Ergo tu, inquit, hinc facesse. *Plur. in Lacon. Apoph.*

ALIOS. VERBI CAUSA,

Religiosorum

CORRECTIO.

Gentiles, Christianos non admittent ad sacra, nisi sive priori professioni & fidei Christianæ renunciascent, & demones *Sozomenus*, id est, malorum depulsores placassent, & purgationibus & victimis crucientis, baptismum ab Ecclesia acceptum abussent; quod Iulianus fecit ipse, & ut alii facerent, mandavit. *Theodoretus l. 3. c. 3. Sozom. lib. 5. c. 2. & 5.*

ETHNICORUM CONVERSO.

Consule Locum de Religione, de Christianismo, de Theologia.

C *Evangelista. NOMEN ET ACCEPTIO VOCABULI. Evangelista, si nomen spectemus, significat illum, qui annuntiat ieta & fœulta; prout & Evangelium, ut mox dicemus, rerum factuumque nuntium interpretatur. Sic Angelus Christo nato dicitur Pastoribus, Evangelizo vobis gaudium magnum.

Ufus tamen jam olim obtinuit, ut Evangelista vocaretur, qui Evangelium prædicaret: quomodo intelligitur Paulus hac voce uti, ad *Ephef. cap. 4.* ubi ministris Ecclesiæ annumerat Evangelistas; per quos tamen Ambrosius, Theophylactus, Anselmus, intelligunt Diaconos, qualis fuit Philippus, & Stephanus. Unde & hodie Evangelium legunt in Missa. Monet insuper Timotheum Paulus, opus faciat Evangelista.

Ceterum communiter accipitur vocabulum Evangelista, velut per eminentiam, pro uno aliquo illo, qui sacra Evangelia conscripserunt, & posteris tradiderunt.

QUI, ET QUOT. Evangeliste numerantur quatuor. Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes; quorum primus & ultimus è numero Apostolorum, duo medi ex discipulis eorumdem Apostolorum fuerunt, Petri scilicet & Pauli; huic enim Lucas, illi verò Marcus adhaesit, & in functione cooperatus fuit. Causam reddit Tertullianus, cur ex utroque ordine ad Evangelium scribendum electi fuerint, quia, ait, discipulorum prædicatio suspecta fieri potuisset de gloria studio, si non addidisset illis auctoritas magistrorum.

Ordinis autem, qui inter illos est, rationem B. Augustinus *lib. 1. de consens. Evangel. ff. c. 2.* elicit ex ordine, quo scripserunt Evangelia. Alius enim eis, inquit, fuit ordo cognoscendi atque prædicandi; alius autem scribendi. Ad cognoscendum quippe atque prædicandum primi fuerunt, qui Dominum in carne præsentem secuti, dicentem audierunt, facientemque viderunt; unde duo ex illis in conscribendo Evangelio primum & ultimum locum tenuerunt; ut reliqui duo, qui ex illo numero non erant, in medio loco constituerunt.

A qui & socius fuit Petri Apostoli Romae, ejusque comes & interpres; cum Petrus appellat filium suum 1. *epist. ult.* nempe quod eum baptizasset, in numerum discipulorum cooptasset: quod enim eum Petri nepotem, fororis videlicet filium, velis Nicophorus, nullo nititur fundamento.

Probabile est autem, Marcum cum Christo vivente conversatum nequaquam fuisse, sed Petro predicante conversum Hierosolymis, & ab eo baptizatum, & assumptum in discipulum, atque ei adhaesit Antiochia, deinde Romae. Atque a B. Petro missum Alexandriam, postquam Romae evidentia sanctitatis suae signa edidisset, & in gratiam fidelium, qui Romae erant, Evangelium Petri jussu scripsisset; qui proinde Marci Evangelium suum vocat, quod scilicet ex ipsius doctrina, & testimonio, ac auctoritate scriptum, & Ecclesiae legendum, traditum fuisse.

Igitur Marcus Alexandriam, Libyam, Pentapolim, Aegyptum, Evangelicae fidei praedicatione instruxit, praedicans ubique, Domino cooperante, & sermone confirmante; ab eoque Alexandriae referuntur summi fidei schola, & Christianae religionis palatium est inchoata, & fundata celebris illa Ecclesia, cui B. post se Anianum Episcopum ordinavit. Acta ejus leguntur apud Eusebium, Nicophorum & alios.

Ad extremum autem a Paganis qui Alexandriae reliqui erant, die quodam Dominico, quem Serapidi illi consecrabant, Missae sacrificio intentus rapitur, incarceratione, sineque ad pedes alligatus irahitur, donec Deo spiritum redderet. Reliquias ejus combusturis Ethnicis, vehementer procella, & tenetibus subitò extortae. Corpus exanimi discipuli tumularunt in ea ipsa urbe, estque postea Ecclesia in ipsius honorem edificata, teste Beda de locis sanctis c. 19.

Ceterum Alexandria a Barbaris occupata, corpus illius Venetias translatum est, ubi honorifice conditum servatur, & illius Urbis tutelaris Divus effectus, summa veneratione colitur. P. Damiani in serm. de S. Marco. *Martyros. Rom. die 31. Januarii.* Probabilis sententia est, translationem hujusmodi factam sub Paschali Pontificatus Leone Armeno Imp. & Justiniano Venerorum Duce. Ita habet Vaticanus Codex.

S. I U C A S.

Lucas, si interpretationem vocis consideremus, idem est juxta Isidorum, & alios sequaces, quod Confurgens, sive Elevans. Nicolaus tamen Gorranus à lucendo nomen accepisse autumat.

Fuit autem Lucas natione Syrus, genere & natalibus Antiochenus, ut testatur Euseb. lib. 3. *hist. c. 4. Hieron. & plures alii.* Eundem Graecarum litterarum, & Grammaticae peritum, Metaphrasas, Isidorus, & Graeci nonnulli affirmant. Arte, & professione medicum Eusebius, Euthymius, & Paulus Apostolus ad Coloss. 4. tradunt. An pictor etiam fuerit, disputatur, & affirmativam partem adstrunt imagines Christi, B. Virginis, & Apostolorum Petri & Pauli, quorum meminit Nicophorus lib. 1. *hist. c. 43. lib. 1. c. 2. & alibi.*

Lucam autem Christi discipulum nunquam fuisse, longè verius est, sed post ipsius in caelum ascensionem conversum, idèque Apostolorum, non Domini discipulum vocatur à Patribus, ac nominatim à S. Paulo ad fidem Christi perductus scribitur à B. Hieronymo, Chryl. Nazianzeno. Unde quod nonnulli ex Gregorio affirmant, eum comitem in Erasmus Cleophae fuisse, incerta est conjectura.

Thebis autem Lucam ad Paulum venisse, Nicophorus tradit lib. 2. *cap. 43.* ibi baptizatum, & pro corpore curatore, animarum medicum effectum. Unde Evangelium quod scripsit, tum à Paulo, tum ab aliis Apostolis didicit, prout ipsemet fatetur in illius exordio.

Predicavit autem fidem Christi in Gallia, Italia, Dalmatia, Macedonia, Aegypto, utraque Thebaide, & alibi, secundum Nicophor. & Metaphras. Idem Lucas consecravit librum Actuum Apostolorum, quem absolvit an. Christi 61. Neronis 5. idque Romae, ut existimant, apud S. Paulum, qui eundem inde denuò in Graeciam, atque Provincias ablegavit. Itaque plenus annorum, & meritorum, annos natus supra 70. laboribus & ærumnis plurimis perpeffis, manipulis frugum suarum onustus obdormivit. Nicophorus tamen ex olea suspensum narrat, l. 2. c. 43. quem sequuntur etiam nonnulli Scriptores Graeci. Obiisse Alexandriae, priores volunt, ac corpus Constantinopolim delatum, S. Hier. insinuat, cum ostendit S. Andreae, idque sub Constantio Constantini M. filio, 20. vel potius 22. Imperii anno.

S. J O A N N E S

Joannis nomen Gratiam sonat, ut Occumen. Isidor. Alcuinus, Aquinas; estque nomen amabile.

Fuit autem Joannes Jacobi majoris & Apostoli, quem Herodes decollavit, frater, Zebedaei filius & Mariae Salomae, à Bethesda vico Galilaeae Christo Salvatore con sanguineus, ac ut eum vocat Thom. Cantiprat. l. 2. *apim. c. 29.* con sanguineus.

Erant autem arte & professione piscator; unde Jesus ambulans juxta mare Galilaeae, eum vidit in navi, cum fratre, & patre, resicabant enim retia; & dixit eis, Venite post me. Juvenem autem Joannem, dum à Domino vocaretur, arguit atas ipsius, quam usque ad sexagesimum octavum annum post Christi passionem produxisset scribitur. Itaque ex communis discipulorum numero ad Apostolici ordinis culmen ascendit, ipseque & Jacobus frater à Christo Boanerges, id est, tonitruum filii, sunt appellati.

Quanto praere reliquis eum amore Christus complexus fuerit, ex variis Evangeliorum locis eruitur. Fuit enim unus è tribus testibus in transfiguratione: item in horto ante passionem: atque in ultima coena supra pectus ejus recubuit, dicens, Quis est, qui tradet te? Huc Christus ex cruce matrem commendavit. Cujus dilectionis causam excelebat. Denique post resurrectionem Joannes Christum agnatum Petro indicabat, Joan. c. 21. acceptoque Spiritu sancto, cum Petro erat Hierosolymis, & Samaritanis praedicavit Evangelium.

Post haec facta Apostolorum divisione, in Asiam trajecit minorem, uti Eusebius l. 3. c. 1. *hist.* commemorat; factumque Ephesinum Episcopum, ac B. Virginem Dei matrem ibidem cum eo habitasse aliquo tempore, nonnulli probabiliter docent. Plures Ecclesias ab eodem in Asia fundatas, etiam Tertullianus scribit. Rex vero ipse in Phrygia, & Hierapolis gestas, Metaphrasas narrat tom. 6. apud Livoniam.

Petrageae cum insuper varias Orientis regiones, multa sunt testimonia. Rediisse autem 91. Christi an. ab Epheso Hierosolymam ad Concilium, constat; idque admodum divina revelatione, quia Joannem illi Concilio interitusse testatur Paulus ad Galat. 2.

Reversus in Asiam, jussu Domitiani Imper. Romam vincitus missus fuit à Proconfuli Asiae, anno Christi 92. ibique ante portam Latinam in ferventis olei vas immisus, illius evasit: testis est Tertullian. c. 3. *de Praescrip. Hieron. c. 20. Matt.*

Post haec à Domitiano relegatus in Patmos Insulam, Latinis & Graecis scriptoribus asseritur, & ipse quoque de se fatetur; ibique visiones ac revelationes divinas, quas Apocalypsi suae inseruit, vidisse, pro comperto est. Erat autem relegatus propter verbum Dei, inquit Apocalyp. cap. 1. & testimonium Jesu Christi, damnatus ad metalla, quando & incolas illius insulae ad pietatem commovit, & Apocalypsin vidit & scripsit, ut refert Euseb. in Chronico.

Occiso Domitiano, actusque ejus ob nimiam crudelitatem à Senatu recisus, rediit ab exilio Joannes sub Nerva Imp. Ita Cedren. Nicoph. Hier. Ado. Bed. Turones. Euseb. lib. 3. *hist. cap. 15. Clemens Alex. & alii.* Atque Ephesum reversus, quae prius reliquerat, Apostolorum munia resumpsit, & clavum Asiaticae Ecclesiae potè direxit, multique miraculis curavit, ut notant Nicoph. & Eusebius. Imò Diana templum destruxisse, omnia idola comminuisse, ac idololatram fugasse plures affirmant; quod tamen de celebri illo templo Ephesino non acceperim, sed de alio.

Nihilominus Joannem venerum absque damno sumpsisse, testis est Isidorus de Patribus novi Test. c. 74.

Porro Joannes in sacris huiusmodi visionibus vitam traduxit usque ad annum ætatis, ut probabilis est, nonagesimum tertium; sed varii varia tradunt.

Quoad Evangelium suum, id scripsisse post annum vite nonagesimum, cum ab exilio reversus esset, Epiphanius heresi 41. affirmat.

Ceterum Joannem verè obiisse mortem ad instar aliorum hominum, certo certius est, neque contrarium illa probabilis conjectura nititur. Etque sententia omnium penè veterum, paucis exceptis, qui eum ad usque tempora Antichristi reservari autumat, ut cum Elia & Henoch appareat. Legatur S. August. *trati. 124. in Joannem, ser. 144. de tem. Caes. tin. Pontii.* qui literis ad Ephesin. Conc. datus ait, reliquias ejusdem ibi honorifice haberi. Beda, Nicoph. P. Damiani. T. Aquin. Euseb. Emis. prope infiniti, quos citat in apparatu Evangelico cap. 73. Joan. de la Haye Soc. Jesu, cujus opera & studio hic uti sumus.

EUANGELISTARUM TYPI ET SYMBOLA.

Excellentissimum Evangelistarum symbolum Ezechielii divinitus ostentum in visione illa quatuor animalium, quae etiam S. Joan-

A S. Joanni in Patmos relegato exhibita fuisse, Patres & Doctores Catholici passim testantur: quamvis non omnes in expositione conveniant. Communior est videtur, quae faciem vituli, sive bovis, qua praedicta describuntur fuisse haec animalia, attribuit Lucæ: faciem Leonis, Marco: faciem hominis Matthæo: & Aquilæ huius, Joanni. Ita Beda in collectione; ac meminerunt hujus expositionis Angustinus & Damianus, quamvis aliam ipsi tradant.

Matthæus siquidem à Christi hominis nativitate, & profapia orditur Evangelium, idèque hominis ei facies assignatur: Marcus dum à solitudine & voce clamantis in deserto incipit, Leonem figurat: Lucas à Sacerdotii ministerio auspiciatur, & ipsam vituli immolationem, ait Ambr. stylo quodam pleniore diffusit: Idèque vituli effigiem ei assignant. At Joannes à divina generatione exortus, velut solem instar aquilae irretitoris oculis, aliter cæteris evolando intuetur, idè Aquilæ & faciem & nomen obtinuit. Habemus de his carmen Sedulii:

Hoc Matthæus agens hominem generaliter implet: Marcus ut alta fremis vox per deserta Leonis: Iura Sacerdotii Lucas tenet ore Juvenis: Mare volans Aquila verbo petit aspera Joannes. Videantur plura apud eundem Flajum *supra. c. 26.* vide etiam infra de Numero Evangeliorum, plura symbola.

QUAM CAUSAM SCRIBENDI HABUERINT. CAUSAE COMMUNES.

Evangelistas necessitate compulsos scripsisse, inquit Euseb. lib. 3. *hist. cap. 18. & Euthym. in prol. Math.* Certè communes causae fuerunt, fidel confirmatio, ac traditionum observatio & veritas: quae facile intercidissent, si solum viva voce prolata fuissent. Deinde absentibus quoque annuntiandus erat Christus, acis insuper qui mortuus Apollolis primisque discipulis supervidetur erant; neve haereticum calumniis praeterit praedicationi Christiana, si firmari testimonium scriptis non posset. Denique ut ex Scripturis consolationem & spem hauserimus; unde August. *Epist. 122.* Multò uberius vos Dominus consolabitur, si scripturas ejus intensissime legeritis.

PROPRIAE.

Quae Matthæo scribendi Evangelii occasio fuerit, Chryl. *hom. 1. in Math.* declarat. Accedentibus, inquit, his qui Christo ex praedicatione ipsius crediderant, & rogantibus, ut quae verbis docuerat, literis servanda dimitteret, scripsit Evangelium; praeteritum ut observat Nicophorus, cum ad Gentes properaret, ut ita Hebraeos relinquens, scripto absentiam componeret, lib. 2. *hist. c. 45.*

Marcus verò, cum Petri individuum comes diu fuisset, à Romanis sollicitus, quibus mandaret, historiam suam conscripsit; quod Petrus raram habuit, & legendum tradidit. Vide Euseb. l. 2. c. 15. & ult. Nicoph. lib. 2. *hist. c. 15. & 45. lib. 4. c. 33. Hier. in script. Eccles.*

Lucam autem permotum ad scribendum Evangelium occasione Pleudo Apostolorum, qui in multis Graeciae Provinciis circumagebantur, colligitur ex *Epist. Pauli ad Titum.* Quamvis aliam causam ipse Theophilo insinuat, nempe propter certitudinem eorum, quae ante ei praedicaerant: Quòdque multi conati fuissent Evangelium scribere, qui id parum fideliter praesertant: adeoque velut necessitate compulsus fuisse ad scribendum. Ita Euseb. lib. 3. *hist. c. 18.*

Plures causas habuit Joannes, ut tribus scriptis quartum adderet; quia non satis expressa iis videbantur, quae primo tempore à Christo erant gesta, initio praedicationis, ante incarnationem Joannis Baptistae. Deinde quia multa de divinitate Christi, ac praecara quaedam miracula priores non tetigerant; ut de Lazaro. Denique quia haereses Cerinthi, Ebionis, & aliorum pullulare incipiebant, quae negabant Christum in carne venisse; erant reprimende, Joannes Evangelium suum vulgavit. Ita Hier. *Proem. Comm. in Math.* qui etiam lib. de script. Eccles. dicit, rogatum ab Episcopis Asiae, adversus Ebionitarum dogma, qui Christum & Mariam negabant fuisse, divinam Christi naturam scripsisse.

QUA LINGUA SCRIPSERINT.

Matthæi Evangelium Hebraico sermone conscriptum ab ipso fuisse, reliqua tria verò Graecè, constanter Hieron. affirmat. *Pref. in 4. Evangelia ad Damasc. August. lib. 1. de conf. Evang. c. 2.*

Joannis quidem Evangelium è Graeco in Hebraicum sermone translatum incerto auctore, & in gazophylacio Ti-

beriadis repertum, antiquae est traditionis; attamen Graecè ipsi summet scriptum, omnes consentiant: uti & de Luca Evangelio; quamvis cum esset proleptus, Hebraicas litteras non ignoraverit.

De Marco verò nullus est qui determinatè asserit, eum Graecè suum Evangelium scripsisse, praeter Isidorum Hispanensem; & probabilis alii censent, quòd Latine scripsit, ut potè Romae, & pro Romanis; idque ex instructione Petri. Ita vetus liber de Rom. Pontif. Damaso adscripsit, qui habetur Tom. 1. *Concil. Et consentit Nazianz. hoc carmine: Haec memorat, Petrinus sermone fideque.*

Atque in Ecclesia Aquilejensi, in qua Marcus sedet, ostenditur adhuc volumen Evangelii à Marco Latine scriptum. Albertus tamen Magnus existimat, utroque idiomate, eum Graeco, tum Latino, scripsisse: quod in Italia utriusque linguae homines periti degerent.

QUO LOCO.

Matthæum in Judaea scripsisse, docet Hieron. *supra.* idque Hierosolymis, secundum Eusebium, Bedam, Adonem. Marcus Romae scripsit, eodem Hieron. teste, Chryl. *supra. & Cedrenus,* qui hic singulares, voluit in Aegypto scripsisse.

Lucam verò in Achaja suam condidisse Evangelium, nominatus Hieronymus docet, quem Isidor. & Beda sequuntur.

De Joanne, quòd in Asia scripsit, communiter tenetur, tum à Graecis, tum Latinis scriptoribus; idque Ephesi. Sunt tamen qui in Patmo scripserint, sed prior sententia est verior.

QUANDO.

Matthæum scripsisse Evangelium suum, priusquam in varias orbis regiones dispergerentur Apostoli, ut Judaei conversi praedicationis suae haberent monumentum, omnium est sententia; fortassis circa annum Christi XII.

Quoad Marcum, omnino dicendum, eum ann. Christi XLV. Claudii Imp. III. antequam Alexandriam proficere retur, Evangelium edidisse. Auctor est, Euseb. in Chron. Idque post divisionem Apostolorum. Lucam ante Joannem scripsisse, omnes admittunt, circa annum Domini LVIII. quamvis tum composuerit, dum unà cum Paulo Achaiam & Beotiam lustraret.

Joannes postremus suum Evangelium vulgavit: in quo consentiunt omnes penè veteres; quando jam recedente fide, & fidelibus capacioribus ad illius mysteria intelligenda, a priorum dogmata proponi debebant; ut insinuat Euthym. *Proem. in Joan.* qui etiam asserit, diu post occupatam Hierosolymam Evangelium suum vulgasse; idque post reditum suum ab exilio, uti supra diximus, sub annum Christi XCIX. Clementis Papae VII. Nervae Imp. I. ætatis suae XC. à Christi ascensione LXV. Ita *Aux. praef. Joan.*

*Evangelium.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Antus August. lib. 2. *cont. Faust. cap. 6.* Omnes, inquit, qui Graecè vel tenuiter noverunt, Evangelium bonum nuntium, aut bonam annuntiationem interpretantur. Quid autem gratius aut melius, quam gratiae per Christum factae annuntiatio?

Itaque gestorum Christi narrationem ait Euthym. Evangelium dixerint, quòd bona hominibus nuntiet, redemptorem scilicet tot saeculis desideratum. Graecis enim Evangelii nomen obtinent, non tantum sacrificia & supplicationes, quae pro lato nuncio suscepto in gratiarum actionem offeruntur; sed etiam illae ipsae rerum bonarum renunciationes, & praecordia; quomodo Patres Orthodoxi semper usurparunt hanc vocem in praesenti argumento, quasi per Antonomastiam, nomen enim omnia quae de Christi adventu scripta sunt, hanc Evangelii mereantur, haec tamen non obtinuit hanc nomenis prerogativam alia scriptura, quam quae à quantor Evangelistis, de vita, doctrina, miraculis, & morte Christi sunt edita. Quae autem bona Evangelio nuntiantur, ostendit fuisse Chryl. *hom. 1. in Matth. & hom. 8. oper. Imperf.*

Est igitur Evangelium, Narratio continens utilia nuntia credenti, sive Oratio affirmans adesse bonum, quod expectabatur. Et id convenire Evangelis sacris, pro comperto est; ea quae per excellentiam ita appellari, Ecclesiae vius obtinuit. Propriissimè tamen Evangelium est Annuntiatio Salvatoris; ut scribit August. lib. 2. *cont. Faust. c. 2.*

NUMERUS.

Quatuor esse Evangelia, nec plura, nec pauciora, Ecclesia Catho-

A Catholica tenet; nempe Matthæi, Marci, Luca, Joannis; adeoque quatuor tantum esse veros & indubitatos Evangelistas.

Hujus mundi quadrenarii rationes & symbola ab auctoribus redduntur.

I. Ex IV. mundi partibus, quibus erat prædicandum Evangelium, & Ecclesia propaganda, cujus columna esse veritas Evangelii. Ita Anastas. Episcopus Nicen. q. 56. inscribit.

II. Quadruplici hoc numero indicatur, quatuor hominis transgressiones per Evangelicam doctrinam testandas, nempe eam quæ in Paradiso, lege Naturæ, lege Moysis five scripta, & in lege gratiæ facta est. Hanc rationem habet Auctor prol. in Matth. antiquus.

III. Significatur hic numerus per IV. capita, in quæ divisus scribitur fluvius, qui egrediebatur de Paradiso. Alludit ad hanc fig. Hieron. in prol. Commentar. sup. Matth. P. Damian. serm. de S. Luca.

IV. Exodi 37. scribuntur constati quatuor anguli ad portandam arcam Testamenti, in qua lex domini custodiebatur. Quibus adumbrata IV. Evangelia, idem Hieron. sup. & alii indicant.

V. Sunt hæc quatuor velut Arcæ veteris anguli, de quibus Exod. 25, 26. 37. cujus figuræ iterum meminit Hieronymus.

VI. Sunt etiam quatuor illa animalia plena oculis, visa ab Ezechiele, & S. Joanne, quæ trahunt illustrem illum curram, cui majestas divina infidet; id est, Evangelium, in quo maxime elucet.

VII. Hoc refertur possunt quatuor ille quadræ, de quibus Zachariæ 6. c. Item quatuor rotæ in quadriga Domini, 3. Reg. 7. Ezech. 3. & 10. Atque hæc rationem attingit August. lib. 1. de cons. Evang. c. 7. Irenæus lib. 3. adv. hæres.

Alia rationes videre licebit apud Origenem in Joan. tom. 1. August. q. 1. P. Damian. serm. de S. Mattheo. Ambr. lib. de Tobia c. 2. Tophylact. præfat. in Matth. Eucher. bom. in de dicit. Ecclesie. Rupert. lib. 1. in Ezech. c. 7.

Reliqua Pseudo-Evangelia ab Hæreticis conficta, aut Pseudo-Evangeliis evulgata, quæcumque ea sint, velut apocrypha, fallæ, & pro non Evangelii habemus. Gelasius Papa in decreto suo dist. 15. cap. Sancta Romana. Novem hujusmodi enumerat è multis, quæ ab Ecclesia nunquam fuerunt recepta. Septem Hieron. sup. proom. Comment. in Matth. Origenes quinque. Eusebius quatuor, alii alia.

Ceterum de quatuor receptis Evangelii, spectabilis est M. Lutheri, qui quinti Evangelii auctor fuit, sententia, tanto Doctore digna: dum enim tribus prioribus Evangelii Paulinas Epistolas præfert, unicum Joannis, pulchrum, verum, & præcipuum decernit. Præfat. in nov. Testam.

Sic veteres Hæretici, quorum doctrinam tot sæculis explorata, Lutherus, ejusque complices rursus innoxerunt, Evangelia repudiabant; ut Manichæi, qui ea ab impostoribus scripta mentirentur. Alii ab Apostolis quidem, sed præter veritatem scripta, adeoque prava fidei dixerunt. Corinthus Evangelium Matthæi dumtaxat recipiebant: Joannem verò Alogiani repudiabant. Nonnulli Marci Evangelio usi fuerunt Valentiniiani, quorum ubera Lutherus fudit, solum Joannis Evangelium agnovērunt. Videatur Iren. & Epioph.

AUCTOR.

Evangeliorum, uti & reliquorum librorum sacrorum auctor primus ac principalis est Deus. De quo vide quæ diximus in loco & Bibliis, T. II. Bibliorum auctor. Et ab eo auctoritatem sumunt, ideoque & verbum Dei nuncupantur. Spiritu enim sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines, ait Apostolorum princeps; & Paulus dicit ad Gal. 1. se annuntiare Evangelium, quod nec ab homine accepit, nec didicit, sed per revelationem Jesu Christi. Ita Petro dicitur, Caro & sanguis non revelavit tibi, Matth. cap. 16. Inde quæ ab iis traduntur, indubitata & certissima sunt veritates, cum à Spiritu sancto dictata sint, & ab illo Evangelistæ exceperint. Legatur August. lib. 1. de morib. Ecclesie Catholice c. 29.

DIGNITAS.

Evangeliorum dignitas & præstantia, cum ab Authore, tum ex iis quæ per ea traduntur, tum à fine & scopo, desumitur; quibus adde summam utilitatem, necessitatem, perfectionem, aliæque quibus Evangelica doctrina ab aliis secernitur. Quæ omnia potest prudens condecorator fuisse profecti, adhibitis eorum lucubrationibus, qui de hoc Argumentum tractant. Inter quos non infimum locum meretur Joan. Hagnus, in Apparatu Evangelico.

PERPETUITAS.

Lex & Propheta usque ad Joannem, inquit Saluator Christus, quem legem mandatorum decretis evacuasse, Paulus testatur ad Ephes. 2. Idque velum templi in morte Christi factum adumbrasse, Vereres tradunt. E quibus etiam Theoph. Luc. cap. 9. dicit, per hoc quod Jesu à transfiguratione solus sit inventus, significari, quod ad tempus apparebat Lex & Propheta, quorum in locum Moyses & Elias apparuerunt: mox autem iis abolitis, Christi Evangelium servandum, upote quod Testamentum sempiternum vocatur, Bar. cap. 2. & de quo Christus, Luc. 21. Verba autem me non præteribunt.

Et insinuat Greg. bom. 7. in Ezech. id etiam significatum per hoc, quod mystica animalia non revertentur. Isidor. quoque Hispal. 22. lib. Comment. in Num. affirmat, significatum id, quod Moyses in monte Nebo mortuus, & sepultus fuerit. Nebo, sive Nabo, conclusionem significat: In qua finitur lex, non invenitur ejus memoria. Poterit, ait, Evangelii gratia abique ullo finire dicitur, &c.

UNITAS.

Quamvis quatuor sint Evangelia, si vni numeri eorum qui scriperunt attendimus, unicum tamen esse dicitur Evangelium, ex iis quæ scripta sunt. Cum enim eadem loquantur, & eadem contineant, nec in minimo unus alteri repugnet, sicut unus est Christus, una fides, una Ecclesia, sic apud omnes nationes unum est & idem Evangelium, licet à pluribus Evangelistis conscriptum. Videatur August. tract. 36. in Joan. & lib. 23. contra Faust. cap. 7. lib. 18. de Civit. cap. 41. Epiphan. hæres. 51.

APOPTHEGMATA.

S. BARTHOLOMÆUS Apostolus Evangelii encomium paucis verbis complectebatur: dicebat enim, Evangelii legem brevem esse, & longam; brevem quidem, si codicem spectemus, & volumine; longam verò, explanationem & imitationem. Dion. cap. 1. Theod. Mystag. Beyerlink in Apoptheg. Christian.

S. ANTONIUS Eremita, venientibus ad eum Religiosis, & vitæ normam ab eo postulantibus, prolato Evangelii codice: Ecce, inquit, hic omnia ad bene beatæque vivendum necessaria. Balau Cent. 1.

SERAPION Abbas cum se omnibus indumentis spoliasset, ut Christi membra contingeret, & nudus sederet; roganti, Quis te pater spoliavit: prolato, quod sub latere tenebat, Evangeliorum volumine; Hoc me nudavit, ait, ut in quo tam præclara Eleemosynis promissiones factæ leguntur. Pallad. Beyerlink supra.

STIGISMUNDUS Polon. Rex quoque, cum esset veter Catholicus, à nonnullis Lutherano eleboro dementatis sollicitabatur, ut puram reformatamque novi Evangelii doctrinam (ita enim appellat) suo populo proponi pateretur; quibus heroico animo: Non est, inquit, meum de Evangelii puritate inquirere: Episcoporum id munus, quorum ego judicio libens me libenter summito. Prudenter cum Ulyssæ aures clauderet, ne Sirentium fallaces voces in sui exitum excipere cogere; in hæc aspiciis fuit, & obturantis aures suas, quæ non exaudivit vocem incantantium. Surius comm. rer. orbe gestarum Beyerlink supra.

*Evangelici.

Evangelici vocantur hujus temporis Hæretici, qui Evangelium novum quod pridem per Lutherum in orbem advectum fuit, & adulteratum, sequuntur, ut notat Lindanus Dial. 2. Dubitanti. Pete plura ex loco de Hæresibus.

*EUANGELIIS SACRIS EXHIBITUS HONOR.

Utputa, EADEM GESTANDO, CIRCUMFERENDO, &c. Evangelii Sacris merito maximus semper honor præ aliis Scripturæ voluminibus exhibitus fuit. Nam pro diversitate materia, major quibusdam libris debetur præ aliis reverentia. Hinc est, quod S. Barnabas Apostolus Evangelium à S. Mattheo compositum sua manu descripsit, & secum ad pectus suum sepelire voluerit, ut narrat Cedrenus in compend. historiar. ad annum 4. Leonis Imp. Niceph. Call. lib. 17. Hist. cap. 37. Theodor. lector. lib. 2. Collect. Alex. Monach. in vita S. Barnabæ, apud Surium die 11. Junii, & Suid. Sanæ Martyrologium Romanum die 21. Septembr. testatur, Evangelium, ipso revelante, inventum cum corpore S. Barnabæ Apostoli, tempore Zeno-

A Zenonis Imperatoris. Idem asserunt Bedæ, Ado, & Vuar. in Martyrol. die 21. Septembr.

Insuper habetur in actis S. Cæciliæ, quod consuevit Evangelium Christi gestare in pectore. Ab aliis quoque id factum legitur. Et ex S. Andrea Apostoli actis, etiam Apostolorum temporibus id usitatum apparere; sancta enim piæque majorum hæc fuit consuetudo.

Initium Evangelii S. Joannem olim faciebant Christiani, ut nimia penè id religio veneretur. Nam solitos è collo suspensum ferre multos, scribit veteres. Ejus meminit Chrysost. bom. 73. in Matth. dicens, multas mulieres Evangelia ex collo suspendere. Quod veteres Christiani soliti fuerint partem Evangelii collo appendere, testatur quoque facit, Hieronym. in cap. 23. Matth. & Author operis imperfecti in Matth. bomil. 43.

Et illud quidem Patres isti tanquam anilem superstitionem reprehendunt, mulierculas enim id maxime fecisse ajunt; & merito improband, dum superstitionis sit; non autem si ex fide, ac devotione & abique omni superstitione illud gestetur, explicat D. Thom. 2. 2. quæst. 96. art. 4. Quinimò ad reverentiam & honorem Evangelii id pertinere manifestum est. Nec video cur id factum non possimus in meliorem partem interpretari; non tanquam amuletum ex superstitione, à veteribus gestatum; sed tanquam fidei symbolum, ut se Catholicos, non Arianos esse profiterentur.

ORNANDO.

CONSTANTINUS Magnus Imp. auctore Evangeliorum volumina unioibus, & pretiosis lapidibus ornata consecit, inque magno templo digna admiratione posuit. Cedrenus in compend. histor. ad annum 31. Constantini.

ZENO Imperator Evangelium Matthæi, cum S. Barnabæ reliquiis inventum, in loco Palatii digniore, in æde S. Stephani in Daphna, auro multo ornatum, reconditum esse voluit. Ita enim scriperunt Theodor. Cedrenus, Nicephorus, Alexander, Suidas, & alii.

Tantum quoque honoris veteres Christiani sacris Evangeliorum libris detulerunt, ut antiqui Scriptores aliquando notent, pretioso velamine opertos, magna veneratione à quibusdam levatos esse.

C. Narrat Anastasius, Gregorium III. Papam, Evangelia fecisse aurea pensantia libras quindecim.

Idem Michaelen Imp. Benedicto III. Papæ dono mississe inter alia Evangelium auro purissimo tectum, cum diversis lapidibus pretiosis.

LOCO PARTICULARI COLLOCANDO.

Initium S. Evangelii, cui nomen est, secundum Joannem, Platonicus quidam aureis litteris conscribendum, & per omnes Ecclesias in locis eminentissimis proponendum esse dicebat; ut testatur August. lib. 10. de civit. Dei, cap. 29.

Emilium præterea, alioque Platonico Philosopho laudasse, & probasse, quæ Joannes initio Evangelii sui tradidit, ex eoque nonnulla sumpsisse, scribit Eusebius lib. 11. de præpar. Evangelica sub finem c. 10. & Cyrillus 1. 8. adversus Julian. præp. finem.

Augustinus lib. 7. conf. cap. 9. affirmat, se initium Evangelii Joannis in libris Platonicoorum legisse. Et lib. 8. capit. 2. dicit, in libris Platonicoorum insinuari Deum & Verbum. Similia tradunt Basilus bom. 16. in principium Evangelii Joannis, & Chrysostomus bom. 1. & 2. in Joann. Dnens.

Potest quantus honor Evangelii Christi debitus sit, inde etiam manifestum, quod in Conciliis illa super thronum in medio ponebantur; ut videre licet in Concilio Chalcedonensi Act. 1. Sacrosanctum enim Evangelium super thronum in Concilio mediantissimo collocatum, ipsius Domini nostri Jesu Christi typum gerebat, juxta illud Psalm. 61. Deus sedet in synagoga Deorum, in medio autem Deos duplicat.

LEGENDO VEL CANTANDO CERTO RITU.

Nata est in Ecclesia Catholica consuetudo, ut peractis sacris prima Evangelii secundum Joannem lectio, tanquam alterum fidei symbolum, recitetur.

Hoc quoque ad Evangelii honorem referendum videtur, quod in Ecclesia publice non nisi à Diacono, vel Presbytero legendum sit, ut habet Clemens Papa 1. 2. constitut. Apost. c. 61. Item quod, cum Evangelium in Ecclesia publice legitur, standum sit: Ita Clemens ibidem, & Anastasius Pp. epist. 1. c. 1. & refertur apud Gratianum distict. 1. cap. 65. Apostolica auctoritate. Hinc illud reperit in Ecclesia videtur observatum,

ut dum illa tria Cantica ex Evangelio recitantur, Benedictus, E ad Laudes; Magnificat, ad Vesperas; & Nunc dimittis, ad Completorium, omnes stare soleant: Hoc enim Apostolica traditio requirit.

Quod si cognoscere velis, quidnam hæc in re Augustini tempore in Ecclesia usu receptum erat, audi, quid hæc de re dicit Rom. 26. ubi sic habet: Ante aliquos dies, propter eos, qui aut pedibus dolent, aut aliqua corporis inæqualitate laborant, paterna pietate sollicitus, consilium dedi, & quodammodo supplicavi, ut quando aut passionibus proluxæ, aut ceteræ aliæ lectiones longiores leguntur, qui stare non possunt, humiliter & cum silentio sedentes, attentis auribus audiant quæ leguntur. Nunc verò aliæque de filiabus nostris putant, quod hoc aut omnes, aut ceteræ plures, quæ sanæ sunt corpore, frequenter debeant facere. Nam ubi verbum cooperit recitari, quasi in lectulis suis ita jacere volunt; atque utinam vel jacerent tantummodo, & tacentes verbum Dei sitienti corde suscipere, non etiam se ita otiosis fabulis occupant, ut quod prædicatur, nec ipsæ audiant, nec alios audire permittant. Unde rogo vos venerabiles filie, & sollicitudine paterna commoneo, ut quando aut lectiones leguntur, aut verbum Dei prædicatur, nulla se in terram proficiat; nulli forte quam nimium gravis infirmitas cogit. Sic tamen non peccat; sed magis sedat, & attentis auribus, quæ prædicantur, avido corde suscipiat.

CUR STANDO LEGENDUM EUANGELIUM.

Rationes cur stemus, dum Evangelium legitur, variæ adferri possunt: una est, quod in eo promittuntur æterna, ad quæ suspirare nos oportet, juxta illud quod in Missa dicitur: Surge corda, Habemus ad Dominum; & illud ad Col. 3. Quæ sursum sunt querite, quæ sursum sunt sapite.

Quidam præterea non stare putant, dum pronuntiat Evangelium, ut meminerimus id nobis defendendum, & parati sumus usque ad mortem pro tuenda Evangelii doctrina pugare. Eam enim ob causam in quibusdam locis ajunt, tum gladio manus à laicis, etiam si Christi doctrinam suam armis vindicari non jufferit, admoveri.

Tertio fit hoc professio ad doctrinæ Christianæ reverentiam. Tanto enim dignior & nobilior est doctrina, quanto ex nobiliori ore procedit. Hinc est, quod lecturus Evangelium Diaconus à Sacerdote accepta benedictione, visibiliter mititur, sicut Apostolos Christus prædicare misit: Subdiaconus autem lecturus Epistolam, tantum invisibiliter mititur, ad denotandum, quod in veteri testamento, Prophete invisibiliter à Deo missi sunt.

Præterea cum pronuntiat Evangelium, misericordia & copiosa redemptio, quam populo suo Deus fecit, legitur. Ideoque tanquam illi misericordiam occurrere volentes, eamque expectantes, & libenter audientes, surgimus.

Denique ideo forte ad lectionem S. Evangelii non de geniculis, ut Tertullianus loquitur, sed stantes adoramus; eò quod geniculari in orando velut penitentis sit: qui verò stans adoratur, tanquam jam veniam consecutus, gratias agit. Stamus etiam, ut diligentius audiamus. Si qua enim verba diligentius audienda sint, profecto ejusmodi sunt ipsius Christi, ut habet Chrysost. bom. 1. in Matth.

MIRACULA A DEO EXHIBENDO.

Refert Maffæus lib. 14. hist. Indic. de muliere quadam, quæ à demone propemodum oblecta, spectrique horricis agitata, in ultimum venerat vitæ discrimen: Evocatus à marito quidam è Societate Jesu Presbyter, ut afflicta & exangui manus imponeret; per occupationes ipse tum quidem adire non potuit, ceterum schedulam, inscripto D. Joannis Evangelio, pro se misit, quam pesti amovende mulier è collo suspenderet. Id ubi factum, confectum levata morbo, terroribusque soluta, surrexit.

EUANGELIORUM CONTEMPTUS; Irreverentia, abusus.

Vide locum de Impietate, T. II. Impietas erga libros sacros.

Eucharistia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Eucharistia dicitur Gratiarum actio, sive Gratiani pro accepto beneficio significatio, quomodo a voce uritur Lucas Actor. c. 24. vers. 3. & Tertullianus exponens loci Pauli ad Coloss. 3. ubi dicitur, Grati estote, intelligit de Eucharistia. Sic enim Græcè legitur εὐχαριστία, quia Eucharistia omni